The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Eucharistia f

cum fontibus primis

Hoc sacramentum
non in merito consecrantis sed in uerbo efficitur creatoris,

nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur,
nec malorum attenuatur.

Augustinus de ecclesiasticis dogmatis.

Quia
non in merito consecrantis sed in uerbo efficitur creatoris
et uirtute Spiritus Sancti, ut caro Christi et sanguis,
non alia quam quae de Spiritu Sancto creata est,
uera fide credatur et spiritali intelligentia degustetur.

Paschasius Radbertus, *De corpore et sanguine Domini*, 12
(CCCM 16, B. Paulus ed., pp.76-7, ll.8-11).

Sive ergo per bonos,
sive per malos ministros intra Ecclesiam dispensetur,
sacrum tamen est, quia Spiritus Sanctus vivificat;
nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur,
nec malorum attenuatur.

Petrus Lombardus, *Sententiae in IV. libris distinctae*, 4.13.3
(*Spicilegium Bonauenturianum*, editio tertia, p.312, ll.14-17).